



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 9. De loco quodam Terentij ex Eunucho confutata Marcelli Virgilij
sententia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Sed quibus curæ fuit veritatem rerum diligenter indagare, eam gentem arcu & sagittis excelluisse morant, quas cum dirigerent, alterumque, ut firmum clauderent, assiduique in eo studio essent, sunt vno tantum oculo uti. Fortassis etiam, quod rei à pueris adfuerent, alterius oculi orbe erant contractiore: versaque paulatim, ut sæpe accidit, in naturam consuetudine, patrum similes filij nascebantur, quæque in patribus deformitas ex oculorum inæqualitate ἐπιπλητος & aduenticia, eadem in filiis innataque insita erat. Ita certè de quibusdam in Asia populis grauis auctor Hippocrates narrat; cum apud eos pulchrum haberetur oblongo capite esse: ob id nutrices recens editorum infantium tenella manu manibus conrectando ac comprimendo, globosam & orbicularem figuram corrumpent, eaque frangiant, ac fasciis etiam adstricta in æumen coegerent, paulatim studium in naturam vertissent, omnes eam in gente oblongis capitibus nascerentur, eoque Macrocephalos vocari. Idem & hodie, licet an ioco, de gente quadam in Italia dicitur.

*De loco quodam Terentij ex Eunucho confutata
Marcelli Virgilij sententia.*

CAPVT IX.

Iocosè quidem dictum est à Chærea in Eunucho Terentiana, *Pessulum ostio obdo*: subestque comino obscæniolus sensus: neque tamen adsentior Marcellulo Virgilio, qui putat respexisse poetam ad medicorum *πρωὸς*, qui mulierum naturalibus ad procreandos menses subiici solent. Primum enim ex veteri non Græca modò, sed & medicorum propria quorundam quisque asssecutus esset vim ioci? deinde non potest

voce Græcas admittere eam formam imminuendi, quæ Latinis vsitata est, neque si Græci exiguum *παιδ* dicunt *μαρδ*, licere continuò Latinis pessulum eo sensu dicere: non sanè magis quàm logulum *ἀντλο* aut eiusmodi alia. ipsumq. Marcellum peccasse videtur, qui *μαρδία* pessulos vertit. Sed pessulus est *μαρδ*, quo nomine significabant interdum iocantibus quo mares sumus. Aristophanes:

Ταῖς ἀριστοτέλει γυναιξίν ἔστω ἢ νέον
Ἐλευν ἀνατὶ, λαβομένης τὸ πῦττάλλ.

Sulpicior & Horatium in illo versu,
nec tauri rucntis

In Venerem tolerare pondus,

quæ allegoriæ seruiret, eò etiam respexisse, quòd illam partem Græci interdum *ταῦρον* vocant: vnde & *ταῦρος*. Quin & temporibus Romuli, cum consulta matronas Romanas, si fecundæ fieri vellent, à capro miri oportere respondit, Græcè potius quàm Latinè locuta est, neque tam caprum intellexit, quàm *ταῦρον*, in quo præcipuum putatur esse remedium aduersus mulierum sterilitatem.

De quibusdam, qui piloso sunt corde.

C A P. X.

ARISTOMENIS Messenij, qui trecentos Lacedæmonios occiderat, quique & fortitudine & calliditate præstiterat, mortui cor hirtu & densa quasi filia pilorum obsitum repertum esse, tradit Plinius. Item de Lyandro Lacedæmonio, qui & ipse tum fortissimus tum astutissimus fuit, Græci quidam memorie prodiderunt. Ipse quoque memini, cum Venetis essem, sumptum esse capitis supplicium de nobili quodam latrone, qui cum à carnifice dissecaretur, corde ad

Mureti
Lectiones
II
28